4. Mardachai luget, & hortatur Eſtherem, ut Iudæorum necem præveniat.

5. Eſther Regem & Hamanem ad covivium invitat. Hamon divitias, honores, & gloriam ſuam jactat, & patibulum erigit.

6. Hamon ex mandato Regis Mardochæum regio honore invitus afficit.

7. Hamon ab Eſther accuſatus, Regis irati juſſu ſuſpenditur.

8. Eſther donata bonis Hamanis à Rege impetrat, ut literæ in necem Iudæorum ſcriptæ revocentur. Iudæi exultant.

9. Iudæi hoſtibus cæſis, & decem filiis Hamonis juſſu Regis ſuſpenſis, diem celebrem in memoriam inſtituunt.

10. De dignitate Mardachai.

Colliguntur Capita 250.

3. LIBRI DOCTRINALES, QUI DOCTRINAS SINGULARES AD ÆDIFICATIONEM Audientium maximè neceſſarias & utiles continent.

JOB habet Capita 42.

Caput I.

JOb filiis, pecoribus, ſervis & ovibus uno die privatus, nomini Domini benedicit.